

Virta etas mundi

Anno mundi. 6657.

Anno xpi. 1458.

Pius eius nominis secundus papa enneas cognomento picolhomineus antea vocatus. natione ytalus. senis oriundus. corsiniani ortus patre silio. matre victoria. Ideo prius enneas silii poeta vocitatus hoc anno patrum omnium consensu tercio decimo kalendas septembris pontifex creat. vir quidem omni laude dignus eloquentissimus copiosissimusque. prudentie singularis. qui non ad otium sed res maximas agendas vocatus. Is corsiniani cum per etatem discere potuisset grammaticam didicit. Annu vero decimu et octauu agens senas proficiscit ubi a necessariis et cognatis adiutus poetas primo. mox oratores audiuit. quibus facultatibus tanto ingenio valuit ut breui preclara poemata latina ediderit. inde ad ius civile se contulit. Postea dominicu capranicu secutus basileam puenit. Deinde bartholomeu nouariensem episcopus. et post eum nicolaum sancte crucis cardinalem secutus. Iteru ad basileam proficiscens semp in honore apud omnes est habitus. Fuit enim scriba in illa synodo et litterarum applicarum abbreviator. In eo autem uentum pre sepe orauit. Legationes plures pacis causa obiit. Orator deinde ad fridericu imperatorem a felice missus tantu dexteritate ingenij valuit ut eu corona poetica donatu in amicos et perthonotariu receperit. Relatus deinde in senatoriu ordinem. que princeps in rebus grauibus consulit. Creato autem nicolao pontifice dum ab eugenio subdiaconus creatus episcopus tergestinus moritur. in cuius locu enneas se quidem inscio a pontifice et imperatore suffectus est. A calixto autem pontifice in numeru cardinaliu referretur. ingressus conclaue post obitu calixti pontifex creat. Accepta pontificia corona confirmata prius ecclesie ditione se totu ad curam reipublice xpiane conuertit. Sigismundu austriae ducem qui in cardinale ad vincula petri anaduertisset diris execrationibus persecutus est. Maguntinu insuper antistite sede detecit. Beneuentanum quoque archiepiscopus sumouit. nil regibus. nil populis timore aut auaricia concessit. katherina senensem inter sanctas xpi virgines retulit. pragmaticam in galia abrogauit. fodinas inuentu tum alumis apud topham instituit. Cultor iustitie et religionis. admirabilis eloquio. Inter ferdinandu regem et sigismundu malastam inducias composuit. ut mantua ubi comunem xpianorum conuentu indixerat tuto proficisci liceret. media igitur hieme ab vrbe discedit. mantua postremo ventu est ubi magnus erat principum numerus. magna legatorum vis. actusque est pio illo dicente ut bellu comuni omnium decreto turchis indiceret. Urbem autem romam multum exornauit edificijs. et tybure arcem construxit. ac senis nonnulla ornatissima edificare fecit. Fuit autem continentissime vite et otij inimicissimus. homo stature breuis. caput habuit ante annos canu. facie senecta. aspectu seueritatem facilitate conditam ostendebat. Circa cultu corporis neque morosus neque negligens. robustum ei corpus natura dederat. quod tamen longe peregrinationes et crebri labores attriuerant. accedebant morbi eius famularissimi tussis. calculus et podagra quibus pre sepe cruciabat. Duodecim cardinales suo pontificatu veteribus addidit. Qui tandem ancone dum venetorum ducem belli socium ancone expectat ut contra turchos cum innumerabilibus populis proficiscerent. diuturna et lenta febre afflicta moritur anno sexagesimo quarto supra quadringentos et mille. xvij. kal. septembris. anno vero pontificatus sexto. diebus sex minus. Funus ancona roma defertur et in basilica sancti petri conditur ad altare sancti andree. Delectatus est autem mixto scribendi genere ideo plura opa edidit. Caput sancti andree e peloponesso roma auectu in sacello ad id fabricato collocauit. cognitione quoque rerum antiquarum non omisit cum commentariorum libros scripsit et plura alia.

Anno dñi. 6663.

Anno xpi. 1464.

Paulus secundus papa patria venetus. patre nicolao. matre polixena. petrus barbo antea vocatus. eugenij pontificis ex sorore nepos sancti marci presbiter cardinalis hoc anno pridie kal. septembris pontifex creatur. vir certe magni animi. corpus habens egregiu maiestate dignu. Is adolescens adhuc iturus in mercaturam erat. que apud venetos in precio est. Et nunciatu est gabrielem auunculu suu pontificem creatu esse. substitit adhortante fratre paulo barbo. ac litteris (licet iam adultus esset) operam dedit. inde vocatus ab eugenio archidiaconatu bononiensem. ac post episcopatum ceruie commendatione adeptus perthonotarius ab auunculo creatur. Tandem vna cum alouisio patauino medico. quem postea patriarcham appellarunt cardinalis ab eugenio creat. Erat autem natura blandus. natura humanus. Mortuo itaque pio in eius locu suffectus est. Duo bella quidem parua in ytalia suscepit. que nulla re prius repetita bello sed insidijs inchoata postea deseruit. In colligendis autem pecunijs ita diligens fuit ut fere sepe beneficia et episcopatus bis committeret que officiu aliqod venale haberet vni elici munus possit. his autem pecunijs interdum etiam ad liberalitate utebatur. nam et cardiales paupes maxie et episcopos principes ac nobiles domo extorres. virgines. viduas. egrotos frequenter iuuabat. Curauit iteque romae anno nona ceteraque ad victu pertineta vilius quam antea venderetur. Multa deinde edificia splendide ac magnifice tum apud

Linea summorum pontificum

Pius secundus



Paulus secundus

